

(2) *Finis istius cautionis est, restitutio expensarum in causa, si in causa succumbat. Et hoc optima ratione, quandoquidem temerè litigasse præsumitur, qui de re aliqua, quam ad se pertinere dicit, in iudicio contendit, & tamen probare nequit, eam ad se jure domini pertineere. Omnis autem, qui nulla probabili causa litigandi nititur, cogitur impensas & sumtus litis victori restituere.*

## ARTIC. CCVIII.

*Ut res litigiosa Domino restituatur.*

Daß die geraubte oder gestohlene Güter/dem Herrn wieder  
zugestellet werden.

**B**ewiese aber ein Kläger in obgemeldetem Fall / der ansprüchlichen Haabe halben / die Eygenschaft gnugsam / und kñnte doch darbey nicht beweisen / daß ihm die durch Raub / oder Diebstahl / entwendet worden wäre / und die Antwortter möchten dargegen zu Recht gnug nicht darbringen / daß dieselbige Kriegische Haabe / mit gutem rechtmäßigem Titul / von dem Kläger bracht / und an sie kommen wäre / so soll dem Kläger auff seine Bethuerung / mit dem Eyd (daß ihm solche Güter geraubt / oder gestohlen worden seyen) geglaubt werden / und ihm dieselben abermahls in massen / als obstehet / darauff folgen.

## AD ARTIC. CCVIII.

## ARGUMENTUM.

*Si Actor rei furtivæ dominium quidem, qualitatem autem, scilicet, eam rem sibi furto esse ereptam probare non possit, tum si juramento obtinere queat, istam rem sibi furto esse ablatam, utique illa ipsi adjudicanda est.*

EXE.